Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



191

RIAS

dominus cum eis. Et ascendent
ascensores equorum. et confortabo domum
iuda. et domum ioseph saluabo. et
adiuuabo eos quia misericors eorum. et
erit sicut fuerunt. quia non proiectam
eos. Ego enim dominus deus eorum.
exaudiam eos. Et erit sicut fortes
exultabunt. et letabitur cor eorum quasi a uino
et filii eorum uidebunt. et letabuntur.
et exultabit cor eorum in domino. Sibila
bo eis et congregabo illos. quia redemi
eos. et multiplicabo eos sicut ante
fuerunt multiplicati. et seminabo eos
in populis. et de longe recordabuntur
mei. et uiuent cum filiis suis. et re
uertentur. et reducam eos de terra egip
ti. et de assiriis congregabo eos. et adducam
galaad et libani adducam eos. et
non inuenietur in eis locus. Et
transibit in maris freto. et percutiet in
mari fluctus. et exsiccabuntur omnia
profunda fluminis. et humiliabitur
superbia assiri. et sceptrum egipti
recedet. confortabo eos in domino. et in no
mine eius ambulabunt dicit dominus.

Capitulum. x

Aperi libanie
portas tuas. et comedet
ignis cedros tuas. Ulu
la abies. quia cecidit cedrus. quo
magnifice uastati sunt. Ululate
quercus basan. quo fructus est sal
tus munitus. Uox ululantis pas
torum. quia uastata est superbia lor
danis. Hec dicit dominus deus meus.
Pasce pecora occisionis. que qui
possedant occidebant. et non dolebant.
et uenundabant ea dicentes. Benedictus
dominus. diuites facti sumus. et pas
tores eorum non pcebant eis. et ego non
pcam ultra super habitantes terram dicit
dominus. Ecce ego tradam homines
unusquisque in manum proximi sui. et in
manum regis sui. Et contterent terram.
et non eruam de manu eorum. et pasca
pecus occisionis. propter hoc o pau
pes gregis. Et assumpsi michi duas
virgas. unam uocauit decorem. et
aliam uocauit funiculum. et pauit
gregem. Et fuerunt tres pastores in
mense uno. et contracta est anima mea
in eis. Quia et anima eorum uariauit
in me. Et dixi. Non pascam uos.
Quod moritur moriatur. et quod fue
rit deficiat. et quicquid remanet deuorent
unusquisque carnem proximi sui. Et
tulit uirgam meam que uocabatur
decor. et abscidit eam. et irritum facere
cum fedus meum. quod pepigi cum
omnibus populis. et irritum factum
est in die illa. et cognouerunt sic pau
pes gregis. qui custodiunt mihi. quia uerbum
domini est. Et dixi ad eos. Si bo
num est in oculis uestris. afferte mer
cedem meam. et si non. quiescite. Et
appenderunt mercedem meam. xxx.
argenteos. Et dixit dominus ad me.
Proice illos ad thesaurum. decorum pu
cum. quo apreciatus sum ab eis.
Et tulit. xxx. argenteos. et proiecit il
los in domum domini ad thesaurum.
Et fecit virgam meam secun
dam que appellabatur funiculus. ut dis
soluerem fraternitatem inter iudam
et israel. Et dixit dominus ad me. Ad
huc sume tibi uasa pastoris stul
ti. quia ecce ego suscitabo pastorem
in terra qui delicta non uisitabit.
dispersum non quaerit. et errantem non
sanabit. et id quod stat non enutrit.
et carnes pinguium comedet. et un
gulas eorum dissoluet. O pastor et
idolum deliquens gregem. gladius

magnificata eorum. uel uiuens leonum. quia uastata est